

Dies decem et vii. Et post
hec inuenio tugurium et
arbores palmis et iurum
stantem: cuius capilli capi-
tis erant pro indumento
ipsius qui capilli eius ca-
nitie candidi erant per to-
tum. Erat autem et terri-
bilis aspectu. Cumque uidis-
set me: stetit ad orationem.
Et expleto amen: cognouit
me esse hominem. Teneque
michi manum: interroga-
bat me dicens. Quomodo
huc aduenisti: et si adhuc
constant omnia que sunt
in mundo si adhuc sunt per-
secutiones: Ego autem dixi
ei. Quia ueltri gratia qui
in ueritate domino christo
seruitis hanc perambulo
heremum. Persecutio autem
cessauit per potentiam christi.
Edissere nunc michi obse-
cro te: et tu quomodo huc
aduenisti. At ille cum la-
mentatione plorans: cepit
dicere michi. Ego episcopus
eram et persecutione facta
multis illatis supplicis

cum sustinere iam non posse
tormenta: postea sacrificia-
ui. In me ipsum deinde reuer-
sus agnouit iniquitatem
meam et dedi me ipsum ad
morendum in hanc heremum.
Et sum degens hic annis xl.
nouem in confessione et ob-
secratione ad deum. si forte
dimitteretur michi peccatum
meum. Et uictum quidem
prestitit michi dominus in
hac palma: consolationem
uero indulgentie non acce-
pi usque ad quadraginta octo
annos. In hoc enim anno con-
solatus sum. Hec autem di-
cens repente surrexit: et cur-
rens exiit foras et stetit in
orationem diu. Cum autem
compleisset orans: uenit ad
me. Intuens autem ego fa-
ciem eius: exterritus trepida-
ui. factus enim erat tamquam
ignis. Dixit quoque michi.
Noli timere: dominus enim
te misit ut funeri tradas cor-
pus meum: atque sepulcra-
re. Dum autem consummas-
set hec dicens: statim exten-

dens manus pedesque finem
 vite fecit. Dissuta ergo tu-
 mica mea ego dimidiam
 michi tenui et dimidiam
 in uoluto sancto eius corp-
 culo abscondi in terra. Be-
 condito igitur illo conti-
 nuo palma illa aruit: et
 tugurium illud cecidit.
 Ego autem multum fle-
 ui: obsecrans deum si quo-
 modo michi prestaret pal-
 mam illam ut perseuera-
 rem in loco illo residuum
 tempus meum. **U**t autem
 non est hec factum: dixi a-
 pud me. Non est uoluntas
 dei. Orans ergo tendebam
 iterum in seculum: et ecce
 homo ille qui linuit labia
 mea ueniens apparuit mi-
 hi atque confortauit me. Et ita
 conualui peruenire ad fra-
 tres et narraui eis hec: rogans
 eos ne desperarent semet-
 ipsos sed per patientiam in-
 uenerent deum.

Frater quidam interro-
 gauit senem dicens.
 Nomen est quod saluat:

an opus? Respondit ei se-
 nex opus. Et ait senex. Scio
 enim fratrem orantem a-
 liquando: et statim audie-
 litur oratio eius. **S**ub i-
 trauit autem in animo
 eius cogitatus uelle uide-
 re animam peccatoris et iusti:
 quomodo abstrahuntur
 a corpore. Et nolens deus
 conturbare eum in desideri-
 o eius dum sederet in cella
 sua ingressus est lupus ad
 eum: et tenens ore suo ue-
 stimenta ipsius trahere
 eum foras. **S**urgens autem
 frater: sequitur eum. Lu-
 pus autem duxit eum usque
 ad aliquam ciuitatem: et
 dimittens fratrem illum
 recessit. Cum uero sederet
 foras ciuitatem in mona-
 stero in quo erat quidam
 habitans qui habebat nomen
 quasi magni solitarii ipse
 solitarius infirmus erat:
 expectans horam mortis
 sue. **F**rater igitur ille qui
 ibidem uenerat uidebat mi-
 tam preparationem fieri.

cerceorum et lampadarum
per solitariū illum: tanq̄
per ip̄m deus paucem et aq̄
in habitantib; ciuitatem il
lam prestaret atq; saluaret
eos. Et dicebant: quia si hic
fuerit simul omnes mori
emur. Facta autem hora ex
tus eius: uidit frater ille tar
tanicū inferni descendente
super solitariū illum ha
bentem tridentem igneum.
et audiuit uocem dicente.
Sicut anima ista non me
fecit quiescere neq; una ho
ra in se: sic neq; tu misere
aris eius euellens eam. De
ponens igitur tartanicus
ille quem tenebat igneum
tridentem in corde solitarii
illius: per multas horas
torquens eum abstraxit a
niam eius. Post hec aut
ingressus frater in ciuitate
inuenit hominem peregru
m iacentem in platea
egrotum non habentem q̄
curam ei adhiberet: et ma
sit cum eo die una. Et cum
uenisset hora dormitionis

eius: conspicit frater ille
michaelē et gabrielem
descendentes ip̄ animam
eius. Et sedentes unus a dex
tris et alius a sinistris eius
rogabant animam eius
ut egrederetur: et nō ex
ibat quasi nolens relinq̄re
corpus suū. Dixit autem
gabriel ad michael. Assu
me iam animam istam et
eamus. Cui michael respō
dit. Iussi sumus a domino
ut sine dolore eiciatur: ideo
q; non possumus eam ui
auellere eam. Exclamauit
ergo michael uoce magna
dicens. Domine quid mis
de anima hac: quia non a
quiescat nobis ut egredia
tur. Venit autem ei uox.
Ecce mitto dauid cum cy
thara et omnes psallentes
iherusalem: ut audiens psal
mum ad uocem eorum e
grediatur. Cumq; descen
dissent omnes in circuitu
anime illius cantantes hi
nos: sic exiens anima il
la sedit in manib; michael

et assumpta e cu gaudio.

Dixit iterum idem qui supra de quodam senec. quia ueniens aliquando in ciuitatem ut ueniret uasa que operatur fuerat cum explicasset ea contigit cum sedere ante ianuam cuiusdam diuitis qui iam morietatur. Sedens ergo senex ille uidit equos nigros et ascensores eorum nigros et terribiles: habentes singulos baculum igneum in manibus suis. Cum uero peruenissent ad ianuam illam statuerunt equos suos foris: et intrauit unusquisque cum festinatione. Infirmitas autem cum uidisset eos: clamauit uoce magna dicens. Domine adiuua me. At illi dixerunt ei. Nunc memor factus es dei quando tibi sol obscuratus est: Quare usque in hodiernum diem non exquisisti eum: dum adhuc tibi splendor erat dei. Nunc autem in hac hora non est tibi portio

Sed neque consolationis.

Dixerunt patres fuisse quendam macharium: qui scythum primum monasterium fecit. Est autem locus ipse heremus longe a nitria habens interuallum itineris die noctuque. Est autem et grande periculum euntibus ibidem. Si enim modicum quis ab extra uerit: uagatur periclitans in heremum. Sunt autem illic omnes perfecti uiri: nec aliquis in perfectus potest in eodem loco tam feroci perdurare. quia omnino aridus est et absque ulla consolatione eorum que necessaria sunt. Hic igitur predictus uir macharius: cum esset homo de ciuitate: conuictus est aliquando machario illi maiori. Et cum uenissent ad transectandum milium fluum contigit eos in nam maiore in qua tribuni quidam duo cum multa intrauerant extollentiam habentes intus

redam totam eram et e
quos quibus freni aurei e
rant et obsecundantes quos
dam milites et pueros tor
ques utentes atque aliquos
habentes aureos cingulos.
Videntes ergo illi tribuni
hos duos monachos uete
res pannos indutos et in
angulo sedentes: beatifi
cabant eriguitatem ipsorum.
Unus uero ex tribunis illis
ait ad eos. Beati estis uos
qui mundo huic illulistis.
Respondens autem ille ur
banus macarius. Dixit ad
eos. Nos quidem mundo
isti illulimus: uobis autem
hic mundus illulit. Scito
tamen quia non uolens
hec dixisti. Vtrique enim be
dicimus: id est machari.
At ille tribunus compi
ctus in uerbo eius regres
sus domi expoliavit seue
stimenta sua: et cepit esse
monachus faciens elemo
sinas multas.

Dicunt de eodem ab
bate maiore machari

o quia dum ambularet
aliquando in heremum in
uenit caput hominis mor
tui in terra iacens. Quod
cum moueret de uirga palme
quam in manu habebat locu
tum est caput illud ad eum. Cum
dixit senex. Quis es tu? Res
pondit caput illud. Ego eram
sacerdos gentiliu qui com
manebant in loco hec. Tu
uero es abbas macharius:
qui habes spiritum sanctum
dei. Quacumque ergo hora
misericors fueris coram qui
sunt in tormentis et ora
ueris pro eis: tunc con
solantur pusillum. Di
xit ei senex. Et que est ipsa
consolatio? Respondit ca
put illud. Quantum distat
celum a terra: tantum est
ignis sub pedibus nostris et sic
caput nostrum. Stantibus
ergo nobis in medio ignis
non est ut qui uideat fa
cie ad faciem proximi sui.
sed facies uertere dorso con
iuncte sunt. Cum enim orat
pro remissione peccatorum

et ex parte nos uidemus
 alterutrum: et hec nobis
 pro consolatione constat.
 ait ergo senex cum fletu.
 Ve illi diei in qua natus
 est homo: si hec est consola
 tio supplicij. Rursu dixit
 senex. Est penis tormen
 tum ab his: Respondit
 caput illud. Maior pena
 subtus nos est. Dicit ei se
 nex. Et qui sunt in qua: Di
 cit ei capud illud. Nos qui
 ignorauimus deum uel
 ad modicum habuimus
 aliquid misericordie. In
 uero qui cognouerunt
 deum et negauerunt eum
 nec fecerunt uoluntatem
 eius: hi sunt subtus nos.
 Et post hec sumens senex
 caput illud: sepeluit illud.

Orante aliquando eode
 ablute machano in
 cella sua: uenit ei uox dice
 Machani nondum perue
 nisti ad mensuram illar
 duarum mulierum illue
 ciuitatis. Surgens uero
 senex mane accepit uirga

suam palmeam: et cepit
 pergere in ciuitatem. Cu
 uero peruenisset in ea: rep
 to loco pulsant ad ianuam.
 Egressa autem una: susce
 pit eum in domum sua.
 Et cum sedisset: uocauit
 eas. Que cum uenissent:
 sederunt cum eo. ait aut
 ad eas senex. Propt uos
 tantum laborem ptuli.
 Dicite nunc michi opera
 tionem uestram: que uel
 quomodo est. At ille dice
 runt. Crede nobis quia h
 nocte sine uiris nostris n
 fuimus. Quam ergo ope
 rationem possumus habere:
 At uero senex. cum satis
 factione rogabat eas: ut
 manifestarent ei actum
 suum. Tunc dixerunt ei.
 Nos quidem secundum
 seculum extranee nobis
 sumus. Placuit autem
 nobis nubere duobz frubz
 secundum carnem. Quin
 decim annos hodie nos
 due habemus in hac domo.
 et nescimus si aliquando

litigauimus ad inuicem
uel sermonem turpem dixit
una ex nobis ad alteram:
set in pace et concordia pr
gimus totum tempus h.
Sub intravit autem nob
in animum ingredi i mo
nasterium uirginum: et ro
gati uiri nostri non nob
conferunt in hoc. Cui
uero minime ualuisse
obtinere huiusmodi con
siliu: disposuimus utre
q; testamentum inter deū
et nos ut usq; ad mortē
per os nostrum non egre
diatur sermo secularis.
Audiens autem hec abbas
macharius: dixit. Inuenta
t quia non est uirgo neq;
sub marito agens neq;
monachus. neq; secularis:
sed deus scdm uniuscuiusq;
propositum omnib; pstat
spiritum sanctum.

Dixerunt patres de aliquo
sene magno: quia cū
ambularet in heremo. ui
dit duos angelos comi
tantes secum unum a dex

tris et alium a sinistris
suis. Dum uero ambula
rent inuenerunt cadauer
in uia iacens: et cooperuit
senex ille nares suas ipse
tozem. **Fecerunt autem et**
angeli similiter. Et prof
eti pusillum: dixit ei senex.
Et uos hec odoratis? Qui
dixerunt ei. Nequaquam:
sed ipse cooperimus nos
nam immundiciam mun
di huius non odoramus
nos: neq; appropinquat
nobis: sed animas que
fecerunt peccatorum habet
ipsarum odorem nos hor
renus. Incipit. vii. capla
uertonum que misit ab
bas moyses abbas pime
no et q; custodierit ea libi
bitur a pena. primum cap.

Dixit senex mo
ses: quia de
let homo qua
si mortuus
esse socio suo
et mori amico suo: ut non
diuideret eum in aliqua
causa. **Secundum cap**

Dixit iterum: quia de-
bet homo mortificare
seipsum ab omni re ma-
la priusquam egrediatur
de corpore: ut non ledat
hominem. **Tertium.**

Dixit iterum. Nisi habue-
rit homo in corde suo
quia peccator est: deus non
exaudiet eum. Dixit ei frat.
Quid est in corde habere: qd
peccator est? Et dixit sener.
Siquis portat peccata sua:
non videt peccata proximi
sui. **Quartum.**

Dixit rursus sener. Nisi
conuenierit actus ora-
tionis: in uanum laborat
homo. Et dixit frater. Quid
est consensus actus cum
oratione? Respondit sener:
ut pro quibus oramus: iam
non illa faciamus. Quan-
do enim homo dimiserit
uoluntatem suam tunc
ei reconciliatur deus: et susci-
pit orationem eius. **Quintum.**

Interrogauit frater in oi
labore hominis quid est
quod eum iuuat? Dicit ei

sener. Deus est qui adiu-
uat. Scriptum est enim.

Deus noster refugium et
uirtus adiutor in tribula-
tionibus que inueniunt
nos nimis. Et dixit frat.
Ieiunia et uigilie quas
facit homo. quid efficiunt?

Dixit ei sener. Quoniam
ipsa sunt que faciunt hu-
miliari animam. Scrip-
tum est enim. Vide humi-
litem meam et laborem
meum et dimitte omnia
peccata mea. Si ergo fece-
rit anima labores istos:
miserebitur frater eam
deus pp eos. **Sextum.**

Interrogauit frater sene
dicens. Quid faciat ho-
mo in omni temptatio-
ne ueniente super se aut i
omni cogitatione inimi-
ci? Dicit illi sener. Fiere debet
in conspectu bonitatis dei
ut adiuuet eum: et requi-
escat uelociter si rogat in
scientia. Scriptum est eni.
Dominus michi adiutor:
non timebo quid faciat

homino. Septimum.

Interrogavit eum iter:
frater dicens. Ecce homo
cecidit servum suum propter
peccatum quod egit. quid
dicet servus ille? Dicit ei
sener. Si bonus servus est:
dicet. Peccavi miserere me
i. Dicit ei frater. Nichil aliud:
dicit ei sener. Non ex
quo enim culpam super
se posuerit et dixerit pecca-
vi: statim miseratur ei
dominus suus. Finis autem
horum est: non iudicare
proximum. Quando enim
manus domini occidit
omne primogenitum
in terra egypti: non
erat domus in qua non
esset mortuus. Dicit ei
frater. Quid est verbum
huc? Respondit ei sener. Quasi
si conspiceremus peccata
nostra: non videbimus
peccata proximi. Stulticia
est enim habenti mortuum suum:
relicto mortuo suo abire
et flere mortuum proximi
sui. **Omnia autem a proximo tuo habet**

est portare peccata tua: et
sine cogitatu esse ab omni
homine quia iste bonus est
et ille malus est. Et ne fa-
cias malum ulli homini
neque cogites malum in
corde tuo in aliquem: neque
spiciaris aliquem facien-
tem malum nec acquies-
cas facienti malum pro-
ximo suo: et hoc est mori
proximo suo. Et noli gau-
dere cum eo qui malum
facit proximo suo et noli
obloqui de aliquo: sed di-
cito quia deus cognoscit
numquamque. Noli ergo
obedire detrahenti neque con-
gaudeas ei in detractione
ipsius. Noli obedire oblo-
quentem proximo suo: et
hoc est nolite iudicare et non
iudicabimini. Non habeas
inimicitias cum quocumque
homine neque retineas
inimicitias in corde tuo:
neque odio habeas eum qui
inimicatur tui proximo
suo et non consentias in-
imicitie ipsius. Noli despi-

et
m
al e
fa
mi
in
cep
re
et
20
ri
au
n
li
di
u
o
m
e
n
al
i
0

tere eum qui inimicia
as habet cum proximo
tuo: et hec est pax. In his
tenet ipsum consolari
modicum tempus est la
bor et sempiterna requi
es: gratia uerbi dei. am.

Dixit alius sener. Pro
pter te inquit homo
saluator est natus: ipse h
uenit filius dei ut tu sal
ueris. factus est homo ma
nens deus: factus est pu
er. factus est lector. accipi
ens namque librum legit
in synagoga dicens. Spiritus
domini super me ipse quod
unxit me. euangelizare
pauperibus misit me. factus
est subdiaconus faciens
namque de fune flagellum
omnes eiecit de templo
oues et boues et cetera.
factus est diaconus. Pre
cungens enim se linteis
lauit pedes discipulorum
suorum precipiens extra
trum pedes lauare. factus
est presbiter: et resedit in
medio magistrorum populi

271

docens. factus est episco
pus: accipiens panem
benedixit ac fregit deditque
suis discipulis et cetera.

flagellatus est ipse te ma
gis autem propter nos.

Crucifixus et mortuus est:

et tertia die resurrexit et

assumptus est. Omnia

ipse nos suscepit in se: om
nia iuxta dispensationem

omnia ordine omnia con
sequenter est operatus ut

nos saluaret: et tu ipse eum

non toleras. Simul sobrius

et uigilans uacemus

in orationibus: ut que pla
cita sunt ei facientes sal
uari possimus. Joseph non

ne in egyptum est uendi
tus in terra aliena. Tres

pueri in babilone capti
ui: nunquam cuiusquam

habuerunt noticiam. Ta
deus patronatus est eis:

suscepitque et glorificauit

eos: quia timebant eum.

Qui dat animam suam

deo non habet propriam

uoluntatem: sed expectans.

dei arbitrium non labo-
rat. Nam si tuam uis
facere uoluntatem non
cooperante deo minimum
fatigaris.

Interrogauit frater ab-
latem pastorem. Quid
est quod scriptum est no-
lite cogitare de crastino?
Dicit ei sener. Ad hominem
qui intemptatione est co-
stitutus et deficit: ut no-
cogitet quantum tempo-
ris in ea facturus sit: sed
potius quod hodiernum
est et cotidianum futurum
libenter suscipiat.

Interrogauit frater ab-
latem iohannem diceſ.
Quomodo anima habet
propria et uulnera non
erubescit detrahere proxi-
mo suo? Qui respondit
sener per parabolam. Erat
quidam homo pauper ha-
bens uxorem: qui cum ui-
disset aliam mulierem pulch-
riorem et ipſam quoque sortitum
est in coniugium. Erant autem
utroque nude. Sed cum et

ſent in quodam loco ni-
dine: rogauerunt eum
amice dicentes. Tecum
uenire desideramus. Quis
mittens nudas in dolium:
cum nauicula tranſtre-
tauit et uenit ad locum.
Facta autem meridie cum
una earum populo recede-
te uidisset silentium cri-
liuit in quendam locum
dolio uicinum uelociter:
et ueteres atque consal-
ſos pannos repperient
se preceperit de hinc fidu-
cialiter uisa est ambu-
lare. Altera uero nuda
sedens intrinsecus: di-
cebat marito. Ecce me
retur ista nuda est nec co-
funditur. Cui maritus
cum dolore respondit. O
miraculum. Hec ut cum-
que confusionem suam coope-
ruit: tu uero undique nuda
non erubescit culpam uel
ex parte uestitam. Ita est
omnis detractor: qui pro-
pria mala non uidens
aliena semper accusat.

Dixerunt quidam fratres:
 Ablati antonio. Volu-
 mus a te audire uerbum:
 quo saluari possimus. Tunc
 ait sener. Ecce scripturas
 audistis: sufficit uobis. Qui
 dixerunt. Et a te uolumus
 audire. pater. Respondit
 eis sener. Audistis domi-
 num dicentem. Si quis
 te percussit in maxillam
 sinistram: prebe illi et alte-
 ram. Dicunt ei. Hec imple-
 re non possumus. Dicit
 eis. Si ergo prebere altera
 non potestis: saltem de una
 ferre patienter. Respondit
 ei. Nec hec possumus. Dicit
 eis. Si nec hec potestis: ne
 uelitis percutere magis quam
 percuti. Dicunt nec hec pos-
 sumus. Tunc senior ait di-
 scipulo suo. Sucos prepa-
 ra fratribus istis: quia nimis
 infirmati sunt. Deinde di-
 cit eis. Si nec hec nec illud
 potestis quid faciam uobis?
 Ego sola oratio: necessa-

Oria est pro uobis.
 Dicebat abbas iohannes

quibusdam fratribus: quia
 fuerunt tres philosophi
 amici quorum unus mo-
 riens alteri reliquit filium
 suum commendatum. Qui
 in etate iuuenili prouer-
 tus: nutritoris sui adul-
 terauit uxorem. Quo sceler-
 e cognito: missus est foras.
 Deinde cum plurimum
 peniteret non ei concessit
 ingressum: sed ait illi. Va-
 de et esto tuis annis mit-
 tatus qui metalla
 in flumine deponunt et sic
 tibi indulgeo culpam tu-
 am. Quo post triennium
 redeunte rursus ait. Vade
 alios tres annos da mer-
 cedes ut iniurias paciaris.
 Ille uero fecit sic alios tres
 annos. Post hec dixit ei.
 Veni ergo nunc ad ciui-
 tatem atremensium: ut
 philosophiam discas.
 Erat autem ad portam
 ciuitatis quidam sener
 philosophus sedens: at-
 que uitantes contumelias
 afficiebat. Inuiriatur ergo



et iuuenem illum. At ille
le iniuriatus risit. Cui se-
nior ait. Quid est hoc? Ego
tibi iniurias facio: et tu
rides? Dicit ei iuuenis. No-
uis ut rideam qui tribus
annis ut iniurias pate-
rer dedi mercedes: et hodie
gratis pascor? Proorsus ad
hoc risi. Dicit ei senior. Alce-
de et ingredere ciuitatem.
Cumq; hoc retulisset altus
iohannes dixit hec porta
dei et patres nostri p mul-
tas iniurias ita gratates
ingressi sunt.

Dicelat abbas iohanes
de anima que deside-
rat perire. Quaedam pl-
eccima meretrix fuit i
quadam ciuitate: que ha-
bit plurimos amatores.
Quidam uero uir de du-
ab; ueniens ad eam di-
xit. Promitte michi ca-
sitatem tuam: et ego ac-
cipio te in uxorem. Illa
ergo promittente: acci-
piens eam introduxit
in domum suam. Cumq;

a suis amatorib; quere-
tur: agnito quod ille ta-
magnus uir sortitus ea
fuisse uxorem: dixerunt.
Si accesserimus ad ianu-
am hominis tam potentis
cognoueritq; desideria re-
quiritum: procul dubio
puniemur. Sed uenientel
post dorsum domus: ut
nunc solito sibilo. Cumq;
illa sibilantium somnum
audierit descendet ad nos:
et inueniemur innoxii. Qu-
cum audisset signauit au-
res suas: et exiens in te-
riora domus ingressa est:
atq; clausit. Hec ita locu-
tus senior dicebat meret-
ricem esse animam amato-
res autem eius uicia: du-
cem uero uel principem di-
celat esse xpistum domu-
q; eius celorum perpetua
mansionem. Sibilatores
autem: demones sunt ma-
ligni. Hec ergo fuerit et
fidelis: semper currit ad do-

Dominum. *v.*
Dicit altus pastor. Scap

tum est in euangelio. Qui
habet tunicam uendat eam
et emat sibi gladium. **H**
intelligitur. Qui habet re
quiem: dimittat eam et
teneat pugnam. Pugna
uero dicatur aduersus di
abolum. Dicebat qui sup.
quia senior quidam in
parte egypti sedebat in
cella: cui frater aliquis et
uirgo quedam ministra
bat. Accidit autem ut una
die uterque sibi ad senem
uenientes occurrerent. Cui
ergo facto iam sero ad su
a renuere non possent: po
suit matram senem inter
utrosque ut dormirent. **S**
uero ille carnis sue non
ferens pugnam miseram
dam uirginem stuprauit
et perdidit. Consummato
que peccato: mane discessit.
Senior autem cum cogno
uisset futura prospiciens:
tacuit in presenti. Redun
tes itaque prosequente eos
senex neque aliquam tristi
ciam demonstrante: ubi

283
recessit ab eis ita ad inuicem
loquebantur. Putas ne
intelligit hic senex facin
nosrum an non? Reuer
sique ad eum penitentia
ducti: dixerunt ei sancte
pater intellexisti quem
admodum nos seduxit
inimicus atque prostra
uerit an non. Qui respo
dit. Intellexi fili. Dicunt
ei. Et ubi fuit in illa hora
mortis nostre cogitatio
tua? Dixitque eis. **M**ea cogi
tatio in illa hora illic erat:
ubi crucifixus ipse sta
bat et flebat tam pro se quam
pro uobis. Sed quia in pe
nitentiam uestram domi
nus repromisit: moneo
ut curando uulnere quod
per superbiam perculistis
insistatis diligentius. **A**c
cepto igitur ab eo regula
penitentiae: recesserunt iam
fortiter unusquisque certa
tes: donec uasa electa fie
ri potuissent. **vi.**

Philosophus quidam
interrogauit sanctum

antonium. Quomodo inquit contentus es pater. qui codicum consolatione fraudaris. Ille respondit. Rex codex o phyllosophi natura rerum est creatarum que michi quicquid uerba dei legere cupio ad esse consuevit.

Quidam uenisset ad ablatem macharium meridiano estu nimis siti succensus et aquam quereret ad bibendum: sufficit tibi inquit hec umbra qua multi uiatores aut nauigantes nunc indigent nec fruuntur.

Apud eundem senem macharium cum uita de continentie exercitio haberem: age inquit fiducialiter o fili. Nam et ego per uiginti annos continuos non pane non aqua non sompno satiatus sum. Panem quidam pensatum accipiens aquam uero in mensuram: sompnum uero parietibus me dum taxat

inclinans subripere festinabat.

Quidam frater interrogauit senem: utrum cum matre uel cum fratribus ad eos proficiscens com manducare deberet. Cui senex respondit. Cum muliere inquit non manducabis.

Interrogauit quidam frater ablatem isidorum scitensem de cogitatu fornicationis. Et respondit senex: quod quidem ueniat cogitatio fornicationis animum conturbans et occupans sed actum implere non preualet: neque proficiens sed tantum impedit ad uirtutem. Sobrius autem uir a se eam discutens: ad orationem statim conuertetur.

Idem de eodem cogitatu respondit senex. Si cogitationes non habemus ferarum similes sumus. Sed sicut inimicus quod suum est erigit: nos quoque quod nostrum est im

plere debemus. Insistamus
 orationi et inimicus fuga-
 tur. Vaca meditationi dei
 et unius. Perseuerentia bo-
 ni victoria est: certa et co-
 ronaberis.

Dixit abbatissa sunderi-
 ce. Aduersarius nost-
 facilius a nichil possiden-
 tib; superatur. Non enim
 habet quo ledit: quia ple-
 neq; memores angustie ac-
 q; temptationum a deo se-
 parantur in ablatiis pe-
 cuniis ceterisq; facultati-
 bz fieri consueverunt.

Rursus que supra. Qui
 visibiles inquit diui-
 tias et multis laboribus
 atq; marinis periculis col-
 ligunt: dum plura lucra-
 tur plurima concupiscit
 et presentia quidem tam-
 quam nichil existimant:
 nos uero necessaria pro-
 timore dei renuimus pos-
 sidere.

Dixit sener. Qui in aia
 sua memoriam ligat
 malicie: similis est igne

Inter paleas occultanti.
Dixit quidam senior.
 Si inquit de uita eter-
 na cuiquam sermonem
 facis: dic uerbum audie-
 ti cum compunctione et
 lacrimis. Alioquin non
 dicas ne moriaris inuti-
 lis: alienis uerbis alios
 saluare festinans. Peccato-
 ri namq; dixit deus qua-
 re tu enarras iusticias me-
 as: et assumis testamen-
 tum meum per os tuu.
Dixit ergo. Canis sum: im-
 mo canis melior me est:
 ip quod et amat dominu
 suum et adiudicium no-
 est uenturus.

Interrogauit quidam
 frater seniore dicens.
 Quomodo anima mea di-
 ligit immundiciam. **D**i-
 cit ei senior. Anima quide-
 corporales plerumq; desi-
 derat passionis: sed spiri-
 tus dei est qui eam conti-
 net flere ergo debemus et
 immundicias nostras
 attendere diligenter. **V**

Handwritten marginal notes in red and blue ink, including the word 'Cum' and other illegible characters.

disti mariam quem ad
modum cum se inclinasset
ad sepulcrum domini
et fletet: uocauit eam do-
minus. Sic erit et aie.

Interrogauit frater seni-
orem quid sunt pecca-
ta: Dicit ei senior. Peccata
sunt: cum homo sua de-
licta uelut nichil despici-
ens alios docere conatur.
Propterea dicit dominus.
Hypocrita eice primum
tralem de oculo tuo: et tunc
uidebis ut educas festu-
cam de oculo fratris tui.

Interrogauit frater se-
niorem. Quid agam
quod animus meus in
periculo labore me uulnerat.
Dicit ei senior. Non enim
miramur ioseph cum esset
puer in egypto in terra co-
lentium idola quem ad-
modum temptationes
uulter perculit: et deus
glorificauit eum usque in
finem uideamus iob quod se usque
in finem non relaxauerit tenet
deum unde eum nullus ab spe

dei munere preualuit.

Interrogatus est senior
a quodam militante:
si deus recipit penitentem.
Qui cum eum pluribus
edificasset sermonibus:
postremo ait ad eum. Dic
mihi dilectissime si clamor
tua conscissa fuerit proiec-
tam? Qui respondens ait.
Non sed relaxans uitor ea.
Dicit ad eum senior. Si g-
tu patris proprio uestime-
to. Deus sine imagine non
indulget.

Erat quidam frater in
cellula: qui post exple-
tas missas cum dimittere-
tur ecclesia expectabat do-
net omnes egrederentur
ut aliquis teneret eum.
ad manducandum. Una
ergo dierum expleto con-
uentu ante omnes egres-
sus est: et currebat ad cel-
lam suam. Quod intuent
presbiter currentem: mi-
ratus est. Cumque transa-
cta septimana uenisset fe-
uille in collectam ecclesie di-

rit ei presbiter. **D**ic michi
frater quod uerum est. **Q**
causa fuit circa te qui per
omnes quidem conuentus
ecclesie remanebas ultimus
omnium. in collectione a
preterita ante omnes egres
sus es. Cui frater ille r
dit. Quia abstinentiam ne
michi coquerem: et ideo ex
pectabam ut aliquis me te
neret ad manducandum.
In illa uero collecta prius
quam uenirem in ecclesia
cori michi pusillum lenti
cule: ideoq; expletis sacris
mysteriis ante omis exiui.
Audiciens autem hec presbi
ter: dedit mandatum in ec
clesia dicens. Fratres ante
quam ueniatis ad collecta
ecclesie coquite uobis pusil
litate festinetis recurrere
in cellulis uestris.

Venit aliquando uider
regionis alicuius de
provincia ablati pastoris.
Venientes autem omnes
habitatores loci illius: rega

uerunt ipsum ablatem
ut ueniens rogaret eum.
Qui dixit eis. **S**inite me
tres dies: et tunc uenio.
Orauit ergo sener ad do
minum: dicens. **D**omine:
noli michi dare gratiam
hanc. **A**lioquin: non me
permittunt homines sede
re in loco isto. **V**eniens ergo
sener: rogauit iudicem. **A**t
ille dixit. **P**ro latrone ro
gas abbi? **G**auisus est a
sener: quia non obtinuit
apud iudicem gratiam
quam postulauit: et sic re
dit in cellam suam.

Dicebat seniores: quia
quando intrabat mo
yses in nube cum deo loq
latur: quando autem exi
bat de nube cum populo.
Sic et monachus donec
in cella sua est cum deo
loquitur: egrediens au
te cella cum demonib; e.

Dicebant de aliquo se
ne in inferiores par
tes egypti: quia sedebat
quietus et inuis secula

ris fidelis ministrabat ei
Contigit autem ut filius
illius secularis infirma
retur. Qui multum roga
bat senem: ut ueniens o
raret pro puero. Surgens
quoque senex abiit cum quo.
Percurrens autem ille:
securus introiit in domum
suam dicens. Venite ob
uiam solitario illi. Videt
autem eos senex a longe
creuites cum lampadi
bus cognouit quia sibi ue
nissent in occursum: et eru
ens se uestimenta sua mi
sit illa in flumine et cepit
lauare ea stans nudus.
Minister autem eius
ille laicus erubuit uidet
eum nudum. Et rogauit
homines illos dicens.
Reuertimini: quia senex
iste mente excessit. Veniet
quoque ad senem: dixit ei. Quid
hic fecisti? Omnes enim
dicebant: quia demonium
habet senex iste. Qui dixit.
Et ego uolebam audire.
Interrogauerunt autem

tem pastorem quidam se
niores dicentes peccanti:
arguemus eum. Et respon
dit eis altus pastor. Ego
interim se necesse habuero
transire inde et uidero eum
peccantem: pretereo et non
arguo eum. Sed quia scri
ptum est que uiderunt oculi
tui his testimonium pre
hibe: ideo ego dico uobis.
quia si non palpaueritis
manibus uestris nolite te
stificari. Aliquando enim
frater quidam seductus est
in huiusmodi re. Et appa
ruit ei quasi quod frater
quidam cum muliere pecca
ret. Qui cum per multum im
pugnaretur a cogitatio
nibus existimans simul eos
conire: abiit et pulsauit eos
pede suo dicens. Cessate iam. Et
ecce erant manipuli messis
triticee. Ideoque dixi uobis:
nisi et manibus uestris palpa
ueritis: nolite testificari.
Dicebant de quodam fratre:
quia sedebat in heremo
et seducebatur a demonibus

annos plurimos. Ipse vero
 existimabit: quia angeli
 sunt. Egredietur autem
 pater eius secundum carnem
 per tempus: et visitabit eum.
 Una autem dierum tulit
 byrennem secum dicens:
 quia revertens afferam mihi
 pauca ligna. Et preveniet
 unius demon: dicit ad fi-
 lium eius. Ecce diabolus
 venit ad te in similitudi-
 nem patris tui habens bi-
 rennem in porta sua: ut
 impugnet te. Tu ergo pre-
 veniens tolle illam byren-
 nem ab eo: et repugna il-
 li. Igitur pater eius venit
 secundum consuetudinem
 et accipiens filius eius bi-
 rennem ab ipso percussit
 eum et occidit. Et conti-
 nuo adhesit ei spiritus
 malignus: et suffocavit
 eum.

N primum quidem si cepe-
 rit homo semetipsum ag-
 noscere cur creatus sit et
 factorem suum deum: tunc
 incipiet penitere super he-

que commisit in tempo-
 re negligentie sue: sic de-
 mum benignus deus dicit
 illi tristitiam pro peccatis.
 Et post hec iterum per sua
 benignitatem dicit illi affli-
 ctionem corporis inieci-
 nus et vigiliis et in orati-
 onibus instantiam et con-
 temptum mundi: et ut
 libens illatas sibi iniurias
 sufferat et ut odio habeat
 omne refrigerium corpo-
 rale: et ut diligat planctum
 magis quam risum. Post
 hec tribuit illi desiderium
 fletuum planctum et hu-
 miliationem cordis et hu-
 militatem et ut tralem
 oculi sui consideret non al-
 terius festucam vitatur e-
 ruere et dicat semper. Om-
 ni iniquitatem meam ego
 agnosco: et peccatum meum
 contra me est semper. Et ut
 diem exitus sui in mente
 habeat et quomodo in con-
 spectu dei occisurus sit et
 et iudicia et penas in con-
 spectu mentis sue descri-

bat necn̄ etiam meritos
honoꝛes qui dandi sunt
sanctis. Si igitur uiderit
quam hec illi suauia st:
temptat eum si abrenū
tiat uoluptatibz et resistit
aduersus impugnantel
huius mundi principel:
qui uincunt eum prius.
Sed et escarum uarie dele
ctationes que emolliri fa
ciunt cor: ut proorsus p̄
modum uinca lassitudi
ne corporis et longinqu
tate dicentibz illi cogita
tionibz suis. Quanto tē
pore ac spatio hunc labo
rem sustinere poteris? Et
quia arduu laboris sit ut
